

22

832
R

COGITATIONES PHILOLOGICÆ,
DE
EFFATO SALVATORIS Joh. V: v. 39.

EPEYNATE

ΤΑΞ

ΓΡΑΦΑΣ

&c.

QUAS

Ex Consensu Ampliss. Philosoph. Collegii Auraici,

PRÆSIDE

VIRO MAXIME REVERENDO atq; CELEBERRIMO,

**D_N. CAROLO ABRAH.
CLEWBERG,**

L. L. O. O. & Græc. PROFESS. Reg. & Ord.

Pro LAUREA MAGISTERII

Publice examinandas sistere constituit

DAVID ERICUS HÖGMAN,
OSTROBOTNIENSIS.

In Aede Minervæ die XXIX. Julii A:i MDCCLVII.

H. P. M. S.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCELL.



S:æ R:æ M:tis
MAXIMÆ FIDEI VIRO,
REVERENDISSIMO
PRÆSULI ac DOMINO,
**D.N. CAROLO FRID.
MENNANDER.**
S. S. THEOLOGÆ DOCTORI
EXCELLENTISSIMO,
DIOECESOS ABOËNSIS EPISCOPO
EMINENTISSIMO,
ACADEMIÆ AD AURAM PRO-CANCELLARIO
MAGNIFICENTISSIMO,
SENATUS ECCLESIASTICI PRÆSIDI
GRAVISSIMO,
SCHOLARUM PER DIOECESIN EPHORO
ADCURATISSIMO,
REG. SOCIET. QUÆ HOLMIAE EST, MEMBRO
MAXIME INCLYTO.
MÆCENATI SUMMO.

KANSALLIS-
KIRJASTO

Quem.
Castalides. Auraicæ. Colunt.
Musarumque. Suada Laudare. Non. Desinit.
Ad. Faciles. Ejus. Lares.
Tequit.

Tenuis. Mea. Minerva,
Variis. Fortunæ. Fluctibus. Diu. Agitata.
Properat. Spargere. Molam.

Huic. Phœbo.

Scrutinium. Hoc. Haud. Lucubratum.
Nec. Coruscum. Neque. Trabeatum.
In. Pignus. Devotissimi. Animi. Consecro.

Et.

Thuriferum. Munus. Intus. In. Pectore. Latens.
Offero.

Hæc. Si. Vultu. Sereno. Excipiat.

Fertilis. Meus. Orbis. Erit. Rore. Ejus. Favoris.
Atque. Ad. Rogum. Usque.

Non. Meæ. Deerit. Camœnæ. Movere. Hecatomben.
Caldo. Voto. Numen. Movebo.

Ut. Pylium. Ævum. Floreat. Helicon. Aboënsis.
Sub. Tanto. Orbis. Litterati. Mæcenate.

Ut. Et. Ipse. Numerans. Nestoreos. Annos.
Ineat. Beata. Regna. Cœli.

NOMINIS TUI REVERENDISSIMI

devotissimus cœns
D. E. HÖGMAN.

Min. Herre.

W
Estmånheten. Och. Muserne. Wid. Aura.
Kåanna. Och. Bepr sa.
Eder. Dygd. Eder. Qwickhet. Och. Flit.
Samt. Derigenom. Förvarfrade. Insliter.
Men. Allena. Jag.
Vet. Och. Högt. Wärderar.
Eder. Wånskay. Emot. Mig.
Den. År. Gammal. Upriktig. Och. Stadgad.
Den. Har. Gagnat. Och. Förudgat. Mig. Flera. Resor.
Och. En. Ibländ. Mina. Trägnaste. Önskningar. År.
Alt. Aldrig. Umbåra. Densamma.
De. Genplifter. Den. Fordrar. Af. Mig.
Gibr. Jag. Med. Nöje.
Och. Sker. Sådant. Denna. Gången. J. Följande. Uttran.
Himlen. Belöne. Eder. Som. Dygden. Förtienar.
Ågen. Altid. Tienliga. Åmnen. Fdr. Eder Qwickhet.
Ymnig. Och. Behagelig. Skörd. Följe. På. Eder. Möda.
Och. Eder. Lårdom. Bemöttes Städse. Med. All. Heder.
Den. Tilkommer.
Waren. Mångfalt. Såll. J. Eid. Och. Ewigheit.

J. W.



§. I.



Raculum Salvatoris nobis, Faveunte Deo, paucis enucleandum, in Textu Græco sic habet: Εξουάς τὰς γραφὰς, ὅπις ὑστεῖτο ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν. Καὶ ἐκεῖναι εἰσὶν αἱ μαρτυρίους πτερὶ ιων. Cardo controversiæ, quæ de sensu horum verborum inter eruditos diu fuit agitata, in verbo ἴστημαι potissimum vertitur. Quæri autem solet, utrum illud *indicativum*, an vero *imperativum* pariat sententiam. Forma vocis utrique interpretationi favet. Utraque etiam multos & magnos naœta est vindices, quorum heic texere catalogum proposita vetat brevitas. Utraque ex parte rationes militare minime contemendas, utramque etiam hypothesin, sanum fundere posse sensum, ultro largimur. Nihilo ramen minus, singulis rite excussis, eos tutius calculos posuisse invenimus, qui modum *imperandi* præferunt, quod B. L. æquiore freti censura, jam evictum dare conabimur.

A

§. II.

§. II.

Primum quidem huic expositioni haud parum fave videtur verbi *ερευνῶ* singularis emphasis, quam, hoc loco, omnino urgendam judicamus. Hoc enim verbum plus importat solertiæ, quam cui responderit industria Judæorum, illa ætate, in scrutandis Scripturis, adhibitæ. Duo igitur hic enodanda veniunt argumenta. *Alterum* concernit nativam significationem ipsius verbi, de quo quæstio instituitur, *alterum* spectat ad studium, quod Judæi ejus ævi Sacris Litteris impendebant. De utroque seorsim. *Ερευνῶ* generatim involvit scrutinium sollicitum & exquisitum, quo quis ad ipsa rei viscera penetrat, & quicquid ea in recessu habeat, arcani occultique explorat. Hinc LXX Senes hoc ipso verbo passim reddidisse videmus verba Hebræa ρωποὶ & γρηποὶ, quorum utriq[ue], salva differentia specifica, tribuitur in genere significatio explorationis studioꝝ & adcuratæ, qua quis intimos rei recessus perquirit, eamque integræ, omnibus partibus rite lustratis ac probe excusis, pertentat atque cognoscit. Speciatim verbo nostro talis competit indagatio, qualis est canum venaticorum, qui feras latentes sagaci odoratu investigant, & omni nisu eas persequuntur fugientes, donec ipsas, si fieri queat, attingant. Præterea etiam de metallifossilibus adhiberi solet, qui venas auri sagaciter & scienter indagant, repertasque non prius desinunt scrutari, quam ab litas terræ divitias, si id efficere datur, in apricum produixerint.

§. III.

§. III.

Am igitur quale fuerit studium, quo veteres Ju-
dæorum Doctores scrutandis Sacris pandectis in-
vigilabant, videamus. Non prorsus eorum impro-
bandam arbitramur assertionem, qui Magistros Ju-
dæorum in divinis litteris, ætatem trivisse, in iisque
evolvendis & expendendis multam operam collocasse
statuunt. Eorum tamen præcipuam industriam circa
corticem Scripturæ hæfisse, nunquam vel raro ad i-
psum nucleus penetrasse, observare liceat. Partim
enim, neglecto scrutinio sensus, in studio critico æta-
tem consumebant, inque litteris, punctis, accentibus,
versibus observandis, computandis, notandis, quin
& variis inutilibus quæstionibus, omnem fere labo-
rem omnemque honorem ponebant, partim deserta
Scripturæ littera, in sensu allegorico venando &
traditionibus majorum vel explicandis vel augendis,
semet moleste sedulos exhibebant. Quod si interdum
verum adsequerentur sensum divinarum litterarum;
adeo tamen aciem mentis mox adstringebant præ-
judicia, quibus laborabant, ineptissima, ut in ipsa et-
jam luce talparum instar cœcūrent. Certe valde
ocitantur Scripturas evoluisse censendi sunt, quos i-
pia veritas, Salvator optimus, adeo stupidos stolidosque
deprehendit, ut in ipsius persona non possent
agnoscere verum Messiam; quamvis viderent eum
dictis factisque tam perfecte exprimere imaginem &
characterem Messiae, quem Prophetæ delineaverant,
ut ne minima quidem circumstantia discrepa-

ret. Atque his rite observatis & probe compara-
tis, recte concludimus, Christum vere non potuisse
de Judæis prædicare, quod Scripturas ea sagacitate ac
diligentia scrutarentur, quam plena emphasis verbi
~~secundum~~, vi eorum, quæ modo dicebantur, importat.
Patet igitur, illud ipsum verbum non indicative, sed
imperative esse intelligendum.

§. VI.

PRæterea nostræ sententiæ robur addunt verba,
quæ sequuntur. Præcipue pronomen *iusic* ver-
bo ~~donsis~~ præmissum. Notum enim est, pronomina
personalia verbis præponi non solere, nisi id requi-
rat ratio sermonis *emphatici* vel *discretivi*. Jam vero,
cum hic nulla occurrat oppositio personarum, ob
eamque causam, nullus sit locus discretioni; relinqui-
tur, emphasis esse statuendam. Sic vero fluit oratio
Salvatoris; Si omnia cetera de me testimonia rejici-
tis, o Judæi, evolvite, quæso, atque perquirite i-
prias Scripturas Sacras, & invenietis, ea de me co-
pissime & luculentissime testari. Ne vero hunc
laborem detrectetis, in memoriam revocate dome-
stica vestra principia. *Ipsi enim statuitis, vos vitam*
eternam in illis habere. Hæc & nervosa & concinna
est oratio. Si vero eam *indicative* repræsentaveris:
pervestigatis Scripturas, quia *iusic* vos ipsi, statuitis
&c. languida certe evader. Quid enim attinebat mo-
nere, eos non alienis, sed propriis ad scrutinium

Scri-

Scripturarum impelli principiis, ubi nullus aderat, qui cogeret, sed sua sponte illud suscipiebant? Nonne res ipsa illud satis loquebatur? Aut igitur statuendum, hanc voculam esse otiosam, aut fastidum, iliam orationi *imperativa* emphatice inferire. Non prius ergo posterius. Nervosae enim Chrysostomus, ἀδελφὸν συλλαβὴν, ἀδελφὸν καρδιὰν εἰς ἐγκέντην παρεῖ τῇ γένεσι, οὐ μόνος ἐπανίστηται Ἰουνερῆς ἐν Ἱωάννῃ; i. e. Non est syllaba, vel apieulus, in litteris, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus.

§. V.

DEinde communiori interpretationi nihil obest pluralis numerus nominis γένεσις. Non enim defunt, quibus Salvator hoc ipso simul digitum videtur intendisse ad privata scripta Iudeorum, quæ de Messiae persona clarissima continuisse testimonia, & multis Christo præfente, & disputante ad manus fuisse adfirmant, indeque Iudeos in scrutandis Scripturis non segniter fuisse versatos arguunt. Ratio enim, cur non γένεσις, sed γένεσις adversarios scrutari jussit Salvator, commode ostendi potest absque precario ejusmodi adsumto. Numero enim multitudinis partim plures partes, integrum codicem V. T. constituentes, a diversis scriptoribus consignatae, indicantur, partim subinuitur, omnes has in testimonio de JESU, ut vero Messia, perhibendo, amice conspirare. Hoc eo fa-

cilius admittere debemus, quo certius constat, nihil aliud intelligere Novi Fœderis Scriptores, quando $\chi\alpha\phi\alpha\zeta$ simpliciter nominant, quam libros Veteris Testamenti canonicos. His igitur, ut præ ceteris Judæorum scriptis, singularis inerat dignitas; ita in sensu eximio, seu ut dicitur $\kappa\alpha'\ i\xi\chi\gamma\pi$, nomine $\chi\alpha\phi\alpha\zeta$ heic venire Codicem Sacrum, pro certo habemus. Neque enim eos audiendos putamus, qui Scripturæ literam pauca de Christo testari statuere audent. Hoc enim, ut falsissimum, ita & a mente Salvatoris omnino alienum, qui ipse Judæos ad Mosen, tanquam de se testantem, ablebat versu 46.

§. VI.

Nec interpretationi, quam elegimus repugnat verbum *douēn*, quicquid videatur adversariis, qui exinde suæ explicationi robur addere conantur. Ut hoc eo clarius pateat, dubium quod nobis opponunt, solvere volumus. Sic vero argumentantur; Si Christus ideo jubet Judæos scrutari Scripturas, quod statuerent, se vitam æternam in illis babere, necesse est, fateamur, aut *veram* aut *falsam* fuisse hanc eorum *di\xi\pi*. Hoc ambabus manibus illis concedimus. Sed pergunt: Si *vera*, opus non habebant incitamento. Si *falsa*, vitio laborat argumentatio Salvatoris. Utrumcunque volueris adsumere, salva sententia nostra, locum habere

bere potest. Quod ad *prius* adtinet, nil proh dō-
lor! verius, nihil certius, quam quod homines a-
liud in thesi docere, aliud in praxi ostendere pos-
sint & soleant. Sed istud non curamus, nec ur-
gemus. Nobis *jenim posterius* videtur probabilius,
Iēsum verbo *dōcēm*, vanam omnino persuationem
intellexisse. Quamvis enim vera sit cogitatio, qua
vitam æternam in Sacris Litteris statuun-
tur, qui Christum Scripturæ nucleus vera & vi-
va fide apprehenderunt; vana tamen opinio erat,
qua Judæi, Christo nondum agnito, se vitam in
illis habere ja&t;titabant. Digitum præcipue inten-
dit Salvator in Legis peritos qui ei omnium im-
puidentissime & pertinacissime contradicebant. Hos
enim in sua cognitione Scripturarum, quæ valde
erat perfunctoria & superficiaria, uti supra audivi-
mus, spem salutis æternæ, & quidem ex puro pu-
to opere operato, posuisse novimus, adeo ut stu-
dium legis non tam medium, quam meritum, quo
in cœlum ingrederentur, sacerent, unde etiam
sue gentis plebeculam legis imperitam, tanquam
maledictam, alto supercilie despiciebant. Hoc
quamvis ita sit, non tamen, quod volunt, sequi-
tur, vitio laborare argumentum Salvatoris. Argu-
mentabatur *na&g' a&v&g&w*, inque suum usum con-
vertebat prudenter, quod apud adversarios ratum
haberi animadverterat. Hanc rationem argumen-
tantib; in causa vera & bona, extra vitium adhi-
beri, nemo sanus dubitat, præsertim si disputator
errorem candide detegit, quod hic fecit Salvator

Optimus, qui mox subjicit; *Et ad me venire non vultis, ut vitam adipiscamini*, i. e. sed vel sic ad me venire non vultis, de quo tamen eas testari scire debebatis; quibus verbis errorem non tantum detegit, verum etiam corrigit, docens omnem salutem vitamque æternam quæri debere, in se tanquam auctore, idque ad ductum Scripturarum, quæ singulis pagellis de ipso testimonia continent.

§. VII.

Textus porro *πρᾶφειαν* & scopum orationis pro nobis quoque militare, non operosa egere demonstratione arbitramur. Postquam enim versu præcedente, Christus Judaorum taxaverat *ἀμνίαν*, qua ipsum rejiciebant, ad tollendam istam, & ut ad meliorem frugem se reciperent, jam eos remittit, ad S. Scripturæ lectionem non perfunditoriam, sed ad diligens potius ejusdem scrutinium. Similiter, quia ex antecedentibus rite evolutis, adparet, scopum Salvatoris totum esse invectivum, non encomiasticum; sequitur omnino, Eum heic non laudare in Judæis diligentem & attentam Scripturarum perscrutationem. quam illi si adhibuisserent, Christum invenissent: sed neglectum Scripturæ, aut lectionem ejus obiter institutam damnare, & officii eos commonefacere.

Quod

Quod si ad aliorum Codicis S. locorum ὁμογένεια
attendere placuerit, quibus nimirum pia Scripturæ
ἰερουσαλήμ serio commendatur & inculcatur; etiam ex-
inde pro sensu *imperandi* duci poterit argumen-
tum. Huc pertinent sequentia; Deut. XVII: 18,
19. Jof. I: 8. Luc. XVI: 29. 1. Thess. V: 27.
1. Tim IV: 13.

§. VIII.

NEc tandem prætereundum ducimus veterum
versionum & nominatim *Syriacæ* consensum.
Accedit, imperandi sensui favere antiquissimorum
plerosque, ita ut *Cyrillus*, *indicandæ* notionem, præ-
ferens, ingenue fateatur, omnem antiquitatem si-
bi adversari. Quod an is minus recte pronuncia-
verit, contendente *Bengelio*, & *Nonnum*, atque *Atha-
nasiūm** in contrarium allegante, nos quidem jam
definire nolumus. Quod si tamen largiendum, u-
trumque *Nonnum* expressisse sensum, hoc simul ne-
gari nequit, *Athanasiūm*** alio loco, nobis expresse
favere. Huic etiam ὁμότητοι *Chrysostomus*, *Gregorius*
Nysianus, *Origenes*, *Theophylactus*: Quin & παρεγγέλτης
vulgo olim accepisse ecclesiam latinam, testes sunt
Augustinus & *Tertullianus*.

Sancte Pater! sanctifica nos in veritate tua,
quia fermo tuus veritas est.



* Athanasi, in illud *profeti in Pagum*. T. I. f. 989.

** Tom. II. f 985.

CLARISSIME DOMINE CANDIDATE.

Quanta sit utilitas armature Philologice ad propulsandos
contradicentes, nemo nisi hospes in Theologia nescit.
Si quis igitur bonore dignus censendus sit, ille certe, qui in
genuinum Scriptura S. sensum inquirit; hoc ipso enim & Ecclesie
& litteris insigne adfert emolumentum. Quantum igitur commo-
di Ecclesia de Te tuaque industria bac in re sibi polliceri queat,
alterum hocce tuum specimen Academicum, ubi materiem,
elegisti elegantissimam, & eam, licet maxime spinosam, bre-
vissimo temporis spatio, tanta elaborasti concinnitate, pro-
dit. Supervacaneum itaque esset in laudes tuas, et si be-
ne meritas, excurrere. Permitte tamen, ut egregias animi
dotes, doctrinam & honores Philosophicos, quibus ob for-
titudinem Musarum in castris prestatam brevi mactaberis,
gratuler; rovens Summum Numen omnibus, qua optari
possunt, te accumbet bonis.

adplaudens scripsi
GUST. CHRONANDER.